

1530 4. 4. Abriis

390

Joannes Latalski Episcopus Bosnariensis  
Joannes Laski Praepositus Innesiensis  
Bone Reginae Poloniae

75

Sacrae Reginalis maiestatis et Dominae Do-  
minae Clementissimae. Secretariam Chri-  
stianorum nostrorum Commendationem.  
Parti nobis faciendam putavimus gra-  
tiam maiestatis vestrae Serenissima  
ut ne cogitare quidem voluerimus quicquam  
per quod a nobis quidquam alienari aut  
minima etiam, in Parte immutari  
posse videremus. Atque cum non nihil  
nunc de rebus nostris colloquemur, nihil  
omnino tentare voluimus, nisi exploratam  
prius mentem Sacrae maiestatis vestrae  
haberemus, in arte an ea quae animo  
concupimus futura essent grata mai-  
estati vestrae Serenissima cuius gratiam  
nobis rebus omnibus, ante ponendam  
existimamus. Sed quoniam illae literae  
satis explicari non possunt, egimus cum  
magnifico hoc Nicolao de Kuroczye  
Castellano Biechoviensi res. ut iter hoc ad  
vestram Sacram maiestatem causa  
non gravaretur surripere remque o-  
mnem ut se habet simulque suppli-  
cationem

supplicationem nostram exponere vestra  
Majestati Serenissima quam nos gratia  
& clementia sacra maiestatis vestrae  
facile submittimus et diligentissime  
commendamus, rogamusque humillime  
ut ipsam Dominum Michaeliensem  
Castellanum & audire clementer et illi si-  
dem certam adhibere, materiam quae dictu-  
rus est commendata apud se habere  
dignaretur, idque portremo de nobis per-  
suadere certo, nos perpetuo, et sine excep-  
tione quod dicitur fore et uno verbo  
completar omnia diligentissimos servi-  
tores vestrae maiestatis Serenissime  
Cuius Reginali Clementia nostra per-  
petua devotio humillime commen-  
damus. Bistrice 17 Decembris An-  
no Domini 1530